

Heinrich Rudolph Redecker

Henricus Rudolphus Redeker/ ICTus, Antecessor Universitat: Rostoch: ... Ad Disputationem Inauguralem, Quam, De Iure Cesso Iuris Candidatus Dn. Carol. Frieder. Färber/ Gustrov. Mech. publicae Eruditorum disceptationi, d. XIII. Aprilis ... amice & officiose invitat : [Rostoch. sub Sigillo Facultat. 2. April. A.O.R.M.DC.LXXVI.]

Rostochii: Kilius, 1676

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn741631466>

Druck Freier  Zugang




Abgetrocknetes Recht

RU für 1676.

Georg Radovius, Mus. 1a

Carl Friedr. Färber, Resp.

Mit Progr.



HEINRICUS RU-
DOLPHUS *Redeker*

Jctus, Antecessor-Universitat: Rostoch:
& Ampliff: Facult: Jurid: Decanus,

Ad

DISPUTATIONEM INAUGURALEM,

Quam,

De

JURE CESSO,

Pro consequendis summis in Jure
honoribus atque privilegiis,

Florentissimus utriusq;

JURIS CANDIDATUS

DN. CAROL. FRIEDER. *Särber*

Gustrov, Mech.

publicæ Eruditorum disceptationi, d. XIII. Aprilis,

In Auditorio Majori,

consuetoritu, submissurus est,

Magnificum Dominum PRO-RECTOREM, Excellentissi-

mos Professores, Clarissimos omnium Facultatum Docto-

res, Nobilissimamque Studioſæ Juventutis coronam, omnesque

Litteratos & litterarum Fautores, amice & officiosè

invitat.

ROSTOCHII.

Typis viduæ JOANNIS KILII Acad. Typogr. ANNO M. DC. LXXVI.



Salutem.



Domitius Ulpianus, quem Imperatores Alexander Severus Patrem, Diocletianus Prudentissimum, Justinianus Disertissimum & summi ingenii virum. Modestinus autem, Imperatoris Maximi Præceptor, Jureconsultorum Coriphæum & Principem vocant, universâ Juris & Legû encyclopædiâ curatiùs perpendens, in lib. 2. Instit. Totum, inquit, jus consistit aut in acquirendo, aut in conservando, aut in minuendo. Aut enim hoc agitur, quemadmodum quid cujusq; fiat: aut quemadmodû quis rem suâ vel Jus suum conservet: aut quomodo alienet aut amittat, l. ult. ff. de LL. Omnis enim actionû forma, vis & effectus, in acquirendo, conservando, & alienando occupatur, adeoq; non tantum actoris intentio & actionis formulæ eò diriguntur, sed & ipse Judex, cujus officium duabus partibus, Scilicet causæ accuratâ cognitione, & sententiæ publicâ pronuntiatione, absolvitur, eandem regulam, circa disceptationem cujuscunque juris, quod in judicium deductum est, sequi tenetur. Quoniam jus illud, quod quisque suum esse dicit, quodque vel in adipiscendo, vel tuendo, vel alienando expletur, per actiones ritè formatas in judicio examinatur, & per prætorem, qui juris & æqui arbiter est, illi, qui justiore[m] habet causam, tribuitur. Idque, nisi aliundè, ex ipsis jurisprudentiæ primis elementis probari potest, §. 2. Inst. de Interd. Hinc mirari subit, quæ ratio juris, vel quod forte an novitatis studium Janum ab Acedurâ, Juris Feudalis interpretem haud ultimum, moverit, quod retinendi, vel conservandi juris punctum, tam arcto vinculo acquisitioni & alienationi conjunctum statuar, ut ab iis nequic-

nequicquam, nisi personarum diversimodâ intentione, differar; cum isthæc tria opposita eâdem differentiæ ratione differminentur, diverso plane agendi modo in judiciû deducantur, & speciali jus dicentis arbitrio finiantur §. 4. *Inst. l. 2. §. 3. ff. de Interd. l. 72. ff. de Procur. Romanorum Magistratus*, qui belli & pacis gloriâ, decusve immortale, aliis terræ, Dominis præriperunt, certos atq; solennes acquirendi, conservandi & alienandi rerû, tam corporalium quàm incorporalium, titulos modosve, ritè recteve inter cives servandos, constituerunt, ut eâ ratione in bona aliorum grassantium callidas machinationes & iniquitates præverterent, & illicitas atque dolosas rerum juriumve alienationes cohiberent: quod & titulis de *acquirendo rerum dominio*, nec non de *interdictâ rerum alienarum alienatione*, quibusve *alienare licet vel non*, & propositis, abunde patescit: & novis etiam Justinianeis, si, primis duntaxat juris principiis initiati, debitam studiis adhibuerint diligentiam, innotescit. Illas autem Romanorum Leges, quia evidentissimâ æquitatis ratione nituntur, non tantum saniores gentes, tanquam præcepta virtutis, honestatis, & justitiæ, quasi ex constituto & tacitâ quâdam conventionem, receperunt, sed & Juris gentiû scriptores adprobarunt: imò qui de jure belli exquisitissimè commentatus est, omnibusq; aliis de eo quod in bello & jure justû est respondentibus, tanquam oraculum Delphico majus, palmam præfert, Ille seculi nostri Phœnix Hugo Grotius, uti eum ex merito laudat *Gerhardus Joannes Vossius*, idem totidem argumentis inculcat, quæ rebus, tam belli quàm pacis tempore confirmandis, si ceteroquin humanæ societatis arctissimum vinculum inter mortales obligari porrò debeat, sufficiunt. Romanorum eloquentissimus pariter & rerum civilium peritissimus Tullius, quando filiû suum Marcum, virtutis & eruditionis causa, Athenis degentem, & Cratippi summi tunc temporis Philosophi informatione utentem, ad veræ humanitatis officia

officia fingere cupit, in illo præprimis puncto stupendi ingenii & prudentiæ vim explicat. An illud, inter diversa hominum studia honestum, quod & utile, & annon honestatis ratio, si diffiduum interveniat, & repugnare utilitatem honestati appareat, utilitati anteferenda sit? Verissimè autem in illam viribus omnibus abicit sententiam, quam etiam solidis argumentis, disciplinam Peripateticorum imitaturus, confirmat; quod nulla utilitatis ratio habenda sit, si ab honestate & justitiâ recedat: cum nec utile quicquam admittendum, quod non idem honestum sit. Adeoq; non iniquè nec absurdè differit, societatem humanam disrumpi, si propter suum quisque emolumentum, spoliet, aut violenter alterum: evertique hominum communitatem, si quisque, sub utilitatis specie, ad se commoda aliorum rapiat, detrahatq;. Cum non solum naturâ seu jure gentium, sed & LL. populorum, quibus Respublicæ continentur, constitutum sit, non licere, sui commodi causa, nocere alteri. Quoniam ipsa naturæ ratio, quæ est lex divina & humana, cui omnes parere homines, nisi humanitatem exuere velint, tenentur, id exigit, ut alienum nemo appetat, & id, quod alteri detraxerit, sibi assumat. cum homo, naturæ obediens, homini nocere nec possit nec debeat, sed quod eadè potius sit utilitas unicujusq; & universorum, per ea quæ in longum facundissimus Orator construit, & quæ in *l. 15. ff. de Cond. Inst.* per brevem & compendiosam enumerationem proferuntur. Nec equidem attinet, vel Justinæanei vel moderni Imperii Leges, quæ omnibus atq; singulis Imperii civibus & incolis securitatem pollicentur, hic cumulare, cum in illa nos deplorata tempora servatos videamus, ubi penè, in valido legum auxilio, obcertamina potentium, cuncta vi & armis turbantur, & querelæ oppressorum ne tunc quidem gratæ, ubi maxime probatæ & justæ; nec remedia prompta ubi maximè necessaria; nec pax deniq;, ut metuere habemus, speranda, nisi ubique locorum solitu

litudo facta sit misera. Hinc meritò quis, dum præsentium, tem-
porū injuriam pressus inruetur, dubitare possit: annò inter ar-
ma, sileant leges? & an hodienu ad alienationem rerum, factum
aliquod Domini requiratur externum, cum amicorum etiam,
qui nec esse, nec dici volunt hostes, bona indomitæ militis li-
bidini sint exposita & passim prædæ instar invitis auferantur?
Ceterum cum isthæc Academicæ disceptationi haud sint expo-
sita, nostrique sit officii de illis quæ per Leges constituta sunt
ex jure potius respondere, quam facta magnorum recensere,
ideo nobis persuasum habemus, bellum ideo susceptum esse,
ut pax sincera reddatur: & necessitatem quandam inevitabi-
lem Legibus imperitare, ut tandem injuriam & damnum pas-
sis succurratur, & Statui Reipublicæ turbatæ debitus sui splen-
dor reddatur. Proinde etiam *VIR Nobilis & Clarissimus Dominus*
CAROLUS FRIEDERICUS Färber / Juris Candidatus Eximius,
post exantlatos in studio jurisprudentiæ labores, noluit ab ho-
nesto suo proposito deflectere, maluit potius suscepto operi a-
nimosiùs insurgere, & pro consequendis summis in jure ho-
noribus, egregiam illam & spinosam æqui boniq; particulam,
quomodo quis juri suo cedere legitime debeat, atque civiliter
possit, ex latioribus juris positivi voluminibus, perscrutari &
examinare. *Natus autem hic noster Candidatus est, ut de ejus vitâ &*
studiis pro more nostra Facult: paucis commentemur, Gustrovii Anno
1653. die 3. Mens. Julii. Patre Viro Nobilissimo & Consultissimo
DN. JOHANNE LEVINO FERBERO, Jcto, & Sereniss. ac Cel-
liss. Ducis Megapol. Gustrov. Dni nostri Clem: Consiliario gra-
vissimo, Dno & Amico nostro conjunctissimo. Matre jã beatâ &
desideratissimâ ANNA CORVINIA Femina Clarissimâ, & pro-
bitate morum, si huc dum viveret, aliis in exemplū ponenda, Viri
plurimum Reverendi & Excellentissimi DN. JOHANNIS
CORVINI, S. S. Theol. D. & Ecclesiæ Parochialis Gedanensis
quondâ Pastoris primarii, p.m. Filiâ unigenitâ. Ab his Parentibus

1078


non solum natum, sed & ad Pietatem & Litterarum studia probe edu-
 catum filium, cum prima infantia annos explevisset, privata fidelis-
 simorum quorundam Praceptorum informationi Prudentissimus Pater
 concedere potius voluit, quam triviali Scholis eum committere, hoc
 praecipuum sine, ut ipse eo commodius in litterarum filii studia & mores
 inquirere, eumq; secundum praescriptam & ingenio ejus convenien-
 tem Methodum, ad rectum fingere possit. Postea, completo pubertatis
 anno, cum ad majora tandem aspiraret ingenium sublimioribus ap-
 tum, in humaniori litteratura, nec non Logica ac Metaphys. praecipis,
 solide informatus est ab Affine suo, Viro pl. Reverendo & Excellen-
 tiss. DN. ZACHARIA GRABIO, S. S. Th. Licent. Prof. Publ.
 ac ad D. Petri Pastore fidelissimo, Duo Collega, & Compatri
 nostro honoratissimo, ejus singulari diligentia tantum profecit,
 ut Dn. Parens non dubitaverit, quin eum, sine ulteriori mora, ad scholas
 regias ablegaret. Et ideo Anno 1670. Mens. Majo profectus est Mar-
 purgum Cattorum, & inde Giesam Academiam vicinam, ibiq; per ali-
 quod temporis spatium litterarum studiis indefessam operam nava-
 vit, habuitq; Professores & Informatores aestimatos: & quidem
 in Historicis Clarissimum DN. PHASIANUM Eloq. & Histor.
 Profess. Hospitem suum venerandum, in Mathesi Solertissimum
 DN. NITZIUM, J. U. D. ac Math. Profess. in Ethicis & Politicis
 Amplissimum DN. WEISSIUM, Moral. Prof. Publ. in Logicis ac Me-
 taphys. Subtilissimum DN. RUDERAUFFIUM, Log. ac Meta-
 phys. Prof. sub cujus Praesidio publice, nec sine laude, defendit Dispu-
 tationem de ALICUBIETATE. Anno 1671. a Patre suo venerando
 domum revocatus, ut studio juris animum applicaret, illud magna
 cum animi alacritate auspicatus est, & quidem sub fidelissima in-
 formatione Dn. Parentis sui, Eximiiq; DN. RIENKWIGII, J. U.
 Candidati dignissimi, hodieq; apud Wisnarienses Secretarii meri-
 tissimi. Insuper in hac nostra Academia celeberrimorum DN. DN.
 Antecessorum ac Juris Professorum, tum publicis tum privatis lectio-
 nibus, sedulus per biennium interfuit. Inde jactis in iure fundamen-
 tis

is Anno 1673. inchoatam Lipsiam salutabit, & ibidem per Triennium
ferè substitit, publicèq; & privatim legentes & disputantes audivit:
& quidè in jure publico, canonico & privato Excellentissimos Juris
Doctores atq; Professores Scl. DN. SCHWENDENDORFERUM,
DN. ROMANUM, sub cujus Præsidio, paulò ante obitum ejus, Dispu-
tationem, de Jure Dominii restricto, proprio studio elaboratam, pu-
blicè defensavit. DN. CARPZOVIVM, DN. GEISLERUM, & DN.
SCHILTERUM, magnà cum auctoritate & dexteritate de jure re-
spondentes, auscultavit, illorumq; Collegia Examinatoria & Disputa-
toria sedulò frequentavit. Id autem ubique egit, ut ibi egisse videatur
neve etiam aliud agendo tempus nobile consumeret. Domum itaque
reversus, magnas simul eruditionis & virtutum dotes attulit, tan-
tamque studiorum fiduciam ostendit, ut nemo non quinquennium ju-
ris ab hoc nostro Candidato egregiè actum esse, fateri cogatur. Postquàm
enim in animum induxit suum, pro consequendis summis in jure bo-
noribus, & privata & publica censura semet sistere, tentavi ego, uti
moris est, ejus in jure vires, & ex instituto discursu tantùm intellexi, Fi-
lium Themidis, bene nutritum & studiosè educatum, à Consultissimi Do-
mini Parentis vestigiis nequaquàm deflecturum, sed potius acturum id,
ut cū laude summà ad summos in jure honores promoveri mereatur.
Cum itaq; Amplissimà nostram Facultatem ad rigorosum examen, cum
Dn. Candidato, ex lege Facultatis instituendum, non adeo nuper con-
vocarem, tam promptum se in omni parte juris præstitit, ut finito illo
actu, singulorum suffragia facillè obtineret. Uti autem publico e-
ruditorum arbitrio studiorum suorum summam peritius submitte-
re possit, Disputationem Inauguralem de JURE CESSO, nullis ad-
miniculis, sed suo, ut dicitur, Marte elegantissime, ex latifundio juris-
exhausti, eamque peritorum juris disquisitioni, ad diem XIII. præ-
sentis mensis Aprilis, exhibere, constituit, ne videatur inter priva-
tos parietes, & vel per cuniculos inpetrasse, quod publica fidei testi-
monium meretur. Id enim primò requirit Sacrarum constitutio-
num sanctitas: Uti enim Augustus Imperator, à cujus felicissimò
Imperio reliqui omnes, Augusti titulo fulgent, nulli facultatem

concedebat de jure respondendi, nisi illam ex auctoritate ejus
 haberet. Et, qui post Imperatorem *Ulpium Trajanū* nomē *optimi*
 Principis meruit, & *P. Aelius Hadrianus* illam de jure respondendi
 dignitatem non peti, aut pro simplici beneficio Principis ha-
 beri, sed præstari benè merentib⁹, pro industriæ præmio, voluit
l. i. §. Et ut obiter ff. de O. J. Ita *Constantinus* Imperator, ab pietatē &
 rerum gestarum excellentiam, *Magnus* dictus, neminem repen-
 tē, nec temerè ad hoc munus proflire, sed iudicio Ordinis pro-
 batum, & optimorum conspirante consensu meritum esse jus-
 sit, *l. 7. C. de Prof. Et Med. lib. X.* Id secundo vult non nostræ tantum,
 sed omnium pariter Amplissimarum Eacultatum Juridicarum
 commune Statutum, ut inter *Bullatos* quos vocant, & publico
 cum suffragio promotos, ædequata sit dignitatis gloria, de quâ
Parthen. litig. l. i. c. 11. n. 7. Coler. de Process. Exec. p. 2. c. 3. n. 135. Speckb.
cent. 1. q. 23. Carpz. ad L. Reg. c. 10. sect. X. Dan. Otto de J. P. p. m. 378. Id
 demū meretur præclari Dni Candidati labor quem sustinit inde-
 fess⁹, & doctrinâ quam publicè in jure testari vult eximia. Turpe
 enim reputat per cunniculos, & inter privatos, ut ajunt, parie-
 tes, illos occupasse honores & privilegia, qui non nisi in virtu-
 ris præmium populicè conferri debent. Adeoq; hæc nobis ju-
 cunda oria fecit, & ad bellum togatæ militiæ semet propositis
 thesibus accinxit. *Cum itaque actus hic solennis doctorum, vi-*
rorum presentiam Et operam requirat, Ego meo, & Amplissi-
 mæ Facultatis Juridicæ nomine, Te, Magnificum Dominum
 Pro-Rectorem, Vos, Excellentissimos Dominos Professores,
 & Clarissimos omnium Facultatum Doctores, Te, Nobilissi-
 mam Studiolsæ juventutis coronam, nec non omnes littera-
 tos & litterarum Fautores, ut Dominum Candidatum exercere,
 actusque hujus solennitatem auspiciorem reddere, Et ita abs
 nobis, Et Ampl. Facult: in debitum redhostimentum, bene mereri
 velitis, eâ, quâ decet, observantiâ Et humanitate, obtestor
 atque obsecro.

Rostoch. sub Sigillo Facultat. 2. April.

A. O. R. M. DC. LXXVI.



litudo facta sit misera. Hinc mo-
porū injuriam pressus inruetur
ma, sileant leges? & an hodie
aliquod Domini requiratur ex
qui nec esse, nec dici volunt
bidini sint exposita & passim p
Ceterum cum isthæc Academ
sita, nostri que sit officii de illi
ex jure potius respondere, qu
ideo nobis persuasum habem
ut pax sincera reddatur: & ne
lem Legibus imperitare, ut ta
sis succurratur, & Statui Reipu
dor reddatur. Proinde etiam
CAROLUS FRIEDERICUS
post exantlatos in studio juris
nesto suo proposito deflectere
nimosius insurgere, & pro co
noribus, egregiam illam & spi
quomodo quis juri suo cedere
possit, ex latioribus juris posit
examinare. *Natus autem hic nost*
studis pro more nostra Facult: pa
1653. die 3. Mens. Julii. Patre Vir
DN. JOHANNE LEVINO FE
fiss. Ducis Megapol. Gustrov. D
vissimo, Dno & Amico nostro
desideratissima ANNA CORVI
bitate morum, *si bus dum viver*
plurimum Reverendi & Exce
CORVINI, S. S. Theol. D. &
quondā Pastoris primarii, p. m

am presentium! tem?
possit: annō inter ar-
onem rerum, factum
m amicorum etiam,
indomitæ militis li-
n vitis auferantur?
tioni haud sint expo-
eges constituta sunt
gnorum recensere,
deo susceptum esse,
quandam inevitabi-
am & damnum pas-
tæ debitus sui splen-
Clarissimus Dominus
Candidatus Eximius,
bores, noluit ab ho-
ius suscepto operi a-
summis in jure ho-
boniq; particulam,
beat, atque civiliter
bus, perscrutari &
s est, ut de ejus vitâ &
emur, Gustrovii Anno
no & Consultissimo
to, & Sereniss. ac Cel-
em: Consiliario gra-
mo. *Matre jã beatâ &*
a Clarissimâ, & pro-
mplū ponenda, Viri
DN. JOHANNIS
ochialis Gedanensis
vitâ. *Ab his Parentibus*

1011

